



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei  
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

**Ammiani, Sebastiano**

**Venetiis, 1562**

Humilitas triplex.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30415**

## CHRISTIANA

dum est , elongatio ab his , qui dan  
Pro. 23. occasionem huic uitio . Prou . Noh  
esse in conuiuijs potatorū , nec in co  
mestationibus eorum qui carnem  
quunt ad uescendum . Tertium etia  
cogitare qualis post mortem caro  
futura ; huiusmodi excogitatio ,  
eundum Gregorij sententiam , mi  
tum carnis desideria edomat . Et lo  
Cur carnem tuam prætiosis rebus  
ornas , et impinguas , quam post pa  
cos dies uermes deuoraturi sum  
sepulcro ? Quartum est considera  
penuriæ pauperū , quæ multum de  
retrahere de superfluitate hominis  
quam in conuiuiis suis faciunt , an  
cogitant paupertatem illorum et  
uix possunt panem interdum habet  
Ob hoc Isaías dicebat . Carnem tu  
ne despixeris , &c.

Ecclesiast.

Ma. 58.

## Humilitas triplex.

Ecc. 19

Pl. 105

**H**UMLITAS in sacra scriptura  
triplici differentia reperi  
Prima est humilitas culpa  
qua dicebat Ecclesiasticus . Est que  
quiter se humiliat , & interiora su  
a sunt plena dolo . Secunda est humi  
tas pœnæ , de qua Psalmus cantat . Di  
tribulauerunt eos inimici eorum .

humilitati sunt sub manibus eorum,  
 &c. Tertia est gratię . De qua loque-  
 batur Christus dicens . Discite à me Mat. 9.  
 quia mitis sum , & humilis corde.

*Humilitatis incitamenta sunt  
 quatuor.*

**P**rimum est scriptura. Luc. 14. **Luc. 14**  
 Recumbe in nouissimo loco. Et  
**P**et. Omnes inuicem humilita-  
 tem infirmantes. Secundūm, quia no-  
 bis necessaria est. Matt. Nisi efficiam  
 ni sicut paruuli isti , non intrabitis in  
 regnum cælorum . Gregorius . Perit  
 omne quod agitur si non solicite in  
 humilitate custodiatur . Et Augusti-  
 nus . Arborem attendite , figit radi-  
 cem in humili ut uere tendat ad cœ-  
 lum. Et Ber. Audeo dicere , quia sine  
 humilitate nec uirginitas Marię Deo  
 placuerit. Tertium est, quia Deo mul-  
 tum placet . Isidorus ; Apud domi-  
 num non est quidquam humilitate su-  
 blimius. Bernar. Sola placet ei siue in  
 Angelo siue in homine humilitas. De  
 hac materia in sequenti capitulo in-  
 quire . Quartum est, quia homini mul-  
 tum prodest. Sed quonam pacto, in se-  
 cundo capite diffusè uide .

**1.Pet. 5**

**Mat. 18**

**Grego.**

**Augus.**

**Bern.**

**Isyd.**

**Bern.**